S Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litthuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq, Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest, Universis et Singulis. Quod quamvis iam satis abunde, cum ad Regni huius Clavum et gubernacula Vocaremur, circa inAugurationem Nostram Omnia Omnium Statuum, et Ordinum Regni Nostri Subditorumq Nostrorum Iura, Privilegia, et Libertates confirmaverimus, tamen iustis humillimisq Supplicationibus Civium Nostrorum Radzicioviensium adducti hoc ipsum iterum repetere, et quod generaliter Omnibus fecimus id quoq in præsenti ijsdem facere, ab Officio Nostro non alienum esse Iudicavimus. Qua propter Omnia et Singula Iura, Privilegia, Decreta, Immunitates, Libertates, Exemptiones, Concessiones, Donationes, Emptiones, Inscriptiones, et Omnes Laudabiles usuq tentas consuetudines, et generaliter omnes et Singulas prærogativas, Literasq quocunq Tenore Verborum conscriptas, quas eius Valoris esse Volumus, ac si hic de Verbo ad Verbum inserta inscriptaq essent, prænominatæ Civitati Radzicioviensi, a Serenissimis olim Regibus, et Divis Regni Poloniæ Prædecessoribus Nostris iuste et Legitime datas, donatas, atq concessas, Iuri tamen communi et Legibus Divinis non contrarias, Nullis penitus exceptis, tam in genere quam in specie; generalitati per Specialitatem, et Speciali per generalitatem non derogando, approband, confirmand, et ratificand esse duximus, Uti quidem approbamus Confirmamus, et ratificamus præsentibus, plene integre Sufficienter nihil diminuendo vel detrahendo. Decernentes easdem, ratas, firmas, Validas, inViolabiles, ac immutabiles, temporibus perpetuis esse debere, Nec ullo Unquam tempore infringi aut Labefactari, a quopiam hominum posse, in quantum Iuri communi non sunt contrariæ. Quod Omnibus et Singulis cuiuscunq Status gradus et conditionis, hominibus quorum interest et in posterum intererit, præsertim Vero Capitaneo Loci illius præsentibus et in posterum futuris Notum esse Volumus, Mandantes et omnino habere Volentes, ut prædictos Cives Radzicioviensses in omnibus eorum Libertatibus prærogativis Iuribus, et Privilegijs ac Iurisdictione, conservent conservariq ab alijs faciant et Manuteneant, In cuius rei fidem præsentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri Iussimus. Datum Varsaviæ Die XVI Mensis Iuis Anno Dni MDCCXVI Regni Vero Nostri XX Anno.

Augustus Rex

Confirmatio Generalis Iurium Civitati Radzicioviensi.





1.   11

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litthuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq, Necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ, & Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest, Universis & Singulis. Quod quamvis iam satis abunde, cum ad Regni huius Clavum & gubernacula vocaremur, circa inaugurationem Nostram Omnia Omnium Statuum, & Ordinum Regni Nostri Subditorumq Nostrorum Iura, Privilegia, & Libertates confirmaverimus, tamen iustis humillimisq Supplicationibus Civium Nostrorum Radzicioviensium adducti hoc ipsum iterum repetere, & quod generaliter Omnibus fecimus id quoq in præsenti iisdem facere, ab Officio Nostro non alienum esse iudicavimus. Qua propter Omnia & Singula Iura, Privilegia, Decreta, Immunitates, Libertates, Exemptiones, Concessiones, Donationes, Emptiones, Inscriptiones, & Omnes Laudabiles usuq tentas consuetudines, & generaliter omnes & Singulas prærogativas, Literasq quocunq Tenore Verborum conscriptas, quas eius valoris esse volumus, ac si hic de verbo ad verbum insertæ inscriptæq essent, prænominatæ Civitati Radzicioviensi, a Serenissimis olim Regibus, & Divis Regni Poloniæ Prædecessoribus Nostris iuste & Legitime datas, donatas, atq concessas, Iuri tamen communi & Legibus Divinis non contrarias, Nullis penitus exceptis, tam in genere quam in specie, generalitati per Specialitatem, & Speciali per generalitatem non derogando, approbandas, confirmandas, & ratificandas esse duximus, Uti quidem approbamus Confirmamus, & ratificamus præsentibus, plene integre Sufficienter nihil diminuendo vel detrahendo. Decernentes easdem, ratas, firmas, Validas, inviolabiles, ac immutabiles, temporibus perpetuis esse debere, Nec ullo Unquam tempore infringi aut Labefactari, a quopiam hominum posse, in quantum Iuri communi non sunt contrariæ. Quod Omnibus & Singulis cuiuscunq Status gradus & conditionis, hominibus quorum interest & in posterum intererit, præsertim Vero Capitaneis Loci illius præsentibus & in posterum futuris Notum esse volumus, mandantes & omnino habere Volentes, ut prædictos Cives Radzicioviensis in omnibus eorum Libertatibus prærogativis Iuribus, & Privilegiis ac Iurisdictione, conservent conservariq ab aliis faciant & Manuteneant, In cuius rei fidem præsentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ Die XVI Mensis Julii Anno Dni MDCCXII Regni Vero Nostri XVI Anno.

Augustus Rex

Confirmatio Generalis Iurium Civitati Radzicioviensi



4 #

Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Litthuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhiniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq, Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ, et Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris, quorum interest, Universis et Singulis. Quod quamvis iam satis abunde, cum ad Regni huius Clavum et gubernacula vocaremur, circa inaugurationem Nostram Omnia Omnium Statuum, et Ordinum Regni Nostri Subditorumq Nostrorum Iura, Privilegia, et Libertates confirmaverimus, tamen iustis humillimisq Supplicationibus Civium Nostrorum Radzicioviensium adducti hoc ipsum iterum repetere, et quod generaliter Omnibus fecimus id quoq in præsenti iisdem facere, ab Officio Nostro non alienum esse Iudicavimus. Qua propter Omnia et Singula Iura, Privilegia, Decreta, Immunitates, Libertates, Exemptiones, Concessiones, Donationes, Emptiones, Inscriptiones, et Omnes Laudabiles usuq tentas consuetudines, et generaliter omnes et Singulas prærogativas, Literasq quocunq Tenore Verborum conscriptas, quas eius valoris esse volumus, ac si hic de verbo ad verbum inserta inscriptaq essent, prænominatæ Civitati Radzicioviensi, a Serenissimis olim Regibus, et Divis Regni Poloniæ Prædecessoribus Nostris iuste et legitime datas, donatas, atq concessas, Iuri tamen communi et Legibus Divinis non contrarias, Nullis penitus exceptis, tam in genere quam in specie; generalitati per Specialitatem, et Speciali per generalitatem non derogando, approbandas, confirmandas, et ratificandas esse duximus, Uti quidem approbamus Confirmamus, et ratificamus præsentibus, plene integre sufficienter nihil diminuendo vel detrahendo. Decernentes easdem, ratas, firmas, validas, inviolabiles, ac immutabiles, temporibus perpetuis esse debere, Nec ullo Unquam tempore infringi aut Labefactari, a quopiam hominum posse, in quantum Iuri communi non sint contrariæ. Quod Omnibus et Singulis cuiuscunq Status gradus et conditionis, hominibus quorum interest et in posterum intererit, præsertim vero Capitaneis Loci illius præsentibus et in posterum futuris Notum esse volumus, mandantes et omnino habere Volentes, ut prædictos Cives Radzicioviensses in omnibus eorum Libertatibus prærogativis Iuribus, et Privilegiis ac Iurisdictione, conservent conservariq ab aliis faciant et Manuteneant, In cuius rei fidem præsentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri Iussimus. Datum Varsaviæ Die XVI Mensis Julii Anno Dni MDCCXII Regni Vero Nostri XVI Anno.

Augustus Rex

Confirmatio Generalis Iurium Civitati Radzicioviensi.

Michaël Mauritius Suski Senator Terrae Lomzensis Sac. R. Mttis Secret.



Approbatio [illegible] in Curiali S. R. M. Radzieiov[illegible]
per Augustum Regem Poloniæ
Anno Dni 1722

22

